

XVIII
5228

Z

M

32

7

M. n 95

Z. n. 32

0.

Senor

REGVLA,
ET VITA
FRATRVM
SACRI ORDINIS
DE POENITENTIA,
REGVLARIS
OBSERVANTIÆ
SERAPHICI P. N.

S. FRANCISCI

NVNC DENVOTYPIS DATA,
cum licentia Superioris, cura
Patris Fr. Ioannis Fer-
dinandi de Mo-
lina.

*Corduba ex Typ. Dig. Episc. apud Aciscolum Cortès
de Ribera Prieto Año e 1710.*



22
7. 11
1118
23

REGULA
ET VITA
FRATRV
SACRI ORDINIS
DE PENITENTIA
REGULARIS
OBSERVANTIA
SERAPHICI N.
S. FRANCISCI

INVC DENOVO TYPIS DATA
cum licentia Superioris, cura
Patri Fr. Joannis Fer-
dinandi de Mo-
lins.

Curiosum Typographicum, apud, Johannem Grotz,
de H. in Frisco, Anno 1790.

REGVLA, ET VITA Fratrum de Pœnitentia.

PAVLVS EPISCOPVS;
servus servorum Dei. Ad
perpetuam rei memoriam.
Ad vberes fructus, quos Ter-
tius Ordo Sancti Francisci
de Pœnitentia in agro Mili-
tantis Ecclesiæ hætenus produxit, & in
dies producere non cessat, nostræ dirigen-
tes considerationis intuitum, & intra mentis
nostræ arcana revoluentes, quòd ipse Ordo
necum Fratribus, & Monialibus, in commu-
ni viventibus, ac tria vota substantialia so-
lemniter emittentibus, verùm etiam viris, &
mulieribus coniugatis iam dudum floret, me-
rito inducimur, vt quæ pro salubri personarum
ipsius Ordinis directione, statuta, & ordinata

Regula, & vita Fratrum

esse dignoscuntur, nostræ approbationis munimine roboremus, aliasque desuper disponamus; prout in Domino conspiciamus salubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum moderni Ministri Generalis, & Fratrum Collegialium, ac Monialium, necnon aliorum Fratrum, & sororum dicti Ordinis Regnorum Hispaniarum, & Portugalium, ac Insularum, & Terræ Firmæ Indiarum: nobis nuper exhibitæ petitio continebat: quòd licèt aliàs fœlicis recordationis Clemens Papa VII. prædecessor noster, postquam præmemoriæ Nicolaus III. & Eugenius etiam III. ac Sixtus similiter III. Necnon Iulius II. & Leo. X. Romani Pontifices etiam prædecessores nostri, Regulam eiusdem Ordinis approbaverant, & diversis privilegijs, indultis, & gratijs decoraverant, Singulas litteras Nicolai, Eugenij, Sixti, Iulij, & Leonis, prædecessorum, necnon constitutiones, & Regulam Ordinis huiusmodi, ac prout illa concernebant: Omnia, & singula in singulis litteris Nicolai, Eugenij, Sixti, Iulij, & Leonis prædecessorum huiusmodi, ac alijs super constitutionibus, ordinationibus, & Regula prædictis confectis scripturis contenta per suas litteras approbaverit, & confirmaverit, ac litteras ipsas inno-

Pontifices
approbato
res, & con
firmatores
nostri Or
dinis.

innovaverit, supplens omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forſam in eiſdem conſtitutionibus, ordinationibus, ſtatutis, conſuetudinibus, & Regula intervenerant, ac diverſa alia ſalubrem ipſius Ordinis directionem concernentia ſtatuerit, & ordinaverit, ac conſtitutiones, ordinationes, ſtatuta, conſuetudines, & regulam huiusmodi, quæ poſtmodum in tres partes, prout tres ſtatus dicti Ordinis Fratrum Collegialium, videlicet, & Monialium ſub clauſura degentium, ac Fratrum, & ſororum in privatis domibus habitantium, concernebant, per dictum Miniſtrum, & tunc Preſidentem, ac quatuor Diſſinitores Capituli Generalis dicti Ordinis, in domo Sanctę Marię de Valle eiſdem Ordinis Aſtoricenſis Diœceſis celebratiſ, cum conſenſu Miniſtrorum, ac Procuratorum filiorum dilectorum totius Congregationis Generalis Ordinis huiusmodi, diſtincta fuerunt prout in eadem diſtinctione, quam in Chancelaria Apoſtolica inſpici, & diligenter examinari, & cuius tenorem de verbo ad verbum, ſignis & characteribus omiſſis, inferi fecimus; plenius continetur, à tribus ſtatibus Ordinis huiusmodi diſtincta fuerunt, prout eos, & eorum quemlibet tangit, pacificè, & quietè obſervetur.

Regula, & vita Fratrum

Nihil ominus Minister, & Fratres Collegiales, & Moniales, necnon alij Fratres, & sorores Ordinis, & Regnorum, ac Insularum, & Terræ Firmæ huiusmodi pro sincèri eorum conscientiarum tranquillitate, & quiete cupiunt ea omnia prout distincta fuerunt approbationis nostræ, robore communiri. Quapropter, pro parte Ministri, & Fratrum Collegialium, & Monialium, necnon aliorum Fratrum, & sororum Ordinis, & Regnorum ac Insularum, & Terræ firmæ huiusmodi asserentium partes constitutionum, & ordinationum, statutorum, consuetudinum, & Regulæ huiusmodi sicut præfertur distinctas unicuique dictorum prout eis, & eorum personis congruere videbantur, per eos inviolabiliter observandas assignatas fuisse. Nobis fuit humiliter supplicatum, ut constitutionibus, ordinationibus, statutis, & consuetudinibus, & Regulæ huiusmodi, sicut præfertur, distinctis, pro illorum subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adijcere, ac alias in præmissis opportunè providere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui singulorum Christi fidelium, præsertim sub suavi Religionis iugo piæ vitæ studio vacantium salubrem directionē sincèris desideramus affectibus;

iunil.

De pœnitentia.

Ministrum, & Fratres Collegiales, & Moniales, necnon alios Fratres, & sorores Ordinis, & Regnorum, ac Insularum, & Terræ Firmæ, huiusmodi, & eorum singulos, à quibuscumque excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium, dumtaxat constituendum, harum seriè absolventes, & absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, constitutiones, ordinationes, consuetudines, statuta, & Regulam, sicut præfertur distinctam, & unicuique dictorum statum assignata, prout illa concernunt, omnia, & singula, ac illis contenta, & inde secuta, quæcumque ex certa scientia Apostolica autoritate, tenore presentium approbamus, & confirmamus, ac eis perpetuum firmitatis robur adijcimus, supplementes omnes, & singulos iuris, & facti defectus (si qui forsan intervenerint in eis) eaque omnia valida, & efficacia fore, suosque plenarios effectus sortiri, ac ab omnibus inviolabiliter observari debere, sicque ab omnibus censeri, & per quoscumque Iudices, & Commissarios, quavis auctoritate fungentes; etiam causarum Palatii

tij

Regula, & vita Fratrum de Pœnitentia.

tij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum
cui libet, quavis aliter iudicandi, & interpretan-
di facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri
debere. Ac si secus super his à quocumque qua-
vis authoritate scienter, vel ignoranter con-
tigerit attentari: irritum, & inane decernimus, &
non obstantibus constitutionibus, & ordinatio-
nibus Apostolicis, ac alijs dicti Ordinis iura-
mento, confirmatione Apostolica, vel quavis
firmitate alia roboratis, statutis, & consuetu-
dinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.
Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nos-
trę absolutionis, approbationis, confirmationis,
edictionis, suppletionis, & decreti infringere,
re, vel ausu temerario contraire. Si quis autem
hoc attentare præsumpserit, indignationem
omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pau-
li Apostolorum eius, se noverit incursum. Dat-
tis Romę apud Sanctum Petrum. Anno 1547. quartò Nonas Iulij. Ponti-

ficatus nostri XIII. mi. natiuitatis

(3.)

PRO-

REGULARVM

TRIVM STATVVM SACRI NOS-

tri Ordinis de Pœnitentia Regularis Ob-

servantiæ Seraphici Patris nostri

S. Francisci.



ERAPHICVSPATRIAR-

cha Pauperum Franciscus Pater

Noster Spiritu Sancto plenus, &

verus animarum piscator: trium

Ordinum Fundator, & Ins-

titutor fuit. Cùm semel intra-

set Ecclesiam Sancti Damiani, extra Civitatem

Alsisi, causa orationis, & prostratus ante Ima-

ginem Crucifixi, lachrymosis oculis intenderet

in divinam Crucem, vocem de ipsa Cruce ad

se mirò quodammodò delapsam, corporeis au-

divit auribuster dicentem. Francisce vade, re-

para domum meam, quæ, vt cernis, tota des-

truitur. In eo igitur quod trina vox facta est,

tres Ordines ab eo instituendos significavit.

Hoc figuratum fuit Genes. viij. in Columba,

quæ ter à Noe fuit ab arca Missa, hæc enim Co-

lumba significabat institutionem Ordinis Co-

Origo
trium Or-
dinum
sancti
Francisci.

Fig. ad-
idem.

PROLOGVS.

lumbini Francisci, quem Noe, idest Deus ter
emisit, idest ad tres Ordines instituendos des-
tinavit. Idem quoque figuratum fuit Genes. xl.
vbi Ioseph Patriarcha vidit vitem cum tribus
propaginibus florere: Hæc enim vitis significa-
vit Beatum Franciscum Patrem N. qui fuit si-
milis Christo, ita quod de ipso dici potest illud,
quod ait Ioannes Evangelista, Apoc. i. *Vidi si-*
milem Filio hominis. Ipse autem Dominus Iesus,
de se ipso ait Ioan. XV. *Ego sum vitis vera.* Et si-
militer Beatus Franciscus Pater noster dicere
potest illud Eccles. XXIII. *Ego quasi vitis fructi-*
ficavi suavitatem odoris, & flores mei fructus honoris,
& honestatis: Hæc enim vitis scilicet Beatus
Franciscus Pater noster emisit tres propagines
idest tres Ordines, è quibus multi flores, & fruc-
tus emanaverunt. De istis tribus Ordinibus in
eius laudem canit Ecclesia: *Tres Ordines hic ordi-*
nat. Primumquè fratrum nominat Minorum, paupe-
rumquè sit dominarum medius, sed pœnitentium tertius
sexum capit utrumquè. Anno quarto decimo à
conversione sua ad Christum, Seraphicus Fran-
ciscus Pater noster divina inspiratione, median-
te ferventi prædicatione, zeloque charitatis ter-
tium sacrum Ordinem de Pœnitentia instituit;
vnde de illo ait Sanctus Bonaventura in quarta
par-

Apoc. c. i.

Ioan. 15.

Eccles. 24.

Cantus Ec-
cles. in lau-
dem trij
Ordinum
S. Franci-
sc. 1221.

S. Bonav.
in laudem
D. Fran-
cis.

parte legende maioris : *Factus igitur Evangelicus præco, Civitates circuibat, & castra, non in doctis humana sapientiæ verbis, sed in virtute. Spiritus annuntians Regnum Dei, Domino dirigente, loquente revelationibus prævijs, & sermonem confirmante sequentibus signis.* Erant autem ipsius eloquia virtute Spiritus Sancti plena, & medullas cordis penetrantia, ita ut in vehementem stuporem audientes converterent, & obstinatorum mentes efficacia virtuosa mollirent. Vnde prædicationis eius fervore succensi plurimi utriusque sexus in coniugali pudicitia Domino famulantes, secundum formam à viro Dei acceptam novis se pœnitentiæ legibus vinciebant Summus Pontifex Nicolaus IV. Regulam, & Tertium Ordinem Beati Francisci (quem de Pœnitentia appellavit : per quem almus confessor homines utriusque sexus fideles, spiritu Dei plenus salvare contendebat) confirmavit, & approbavit, & privilegium incipit : *Supra montem Catholicæ Fidei.* Et similiter Cœlestinus V. & Alexander IV. & Clem. V. & Ioannes XXII. & Leo X. & multi alij Pontifices. Multi Illustrissimi viri, & fœminæ, potentissimique Magnates, & sapientissimi Doctores, & in maximis dignitatibus constituti hunc Sacrum Ordinem de Pœnitentia intraverunt,

Nicolaus
IV. nostrum
Ordinem
confirma-
vit, & ap-
probavit.

P R O L O G V S

runt, & Regulam eius observarunt, quorum plures Sancta Romana Ecclesia Sanctorum Cathalogo adscripsit. Canonizati de viris: Sanctus Ludovicus Rex Franciæ Confessor. Sanctus Elzearius Comes Ariani Confessor, Sanctus Ivo Iuris vtriusque Doctor, Presbyter, & Confessor. Sanctus Rochus Confessor. Sanctus Lucius Confessor, qui fuit primus Sanctus de isto Sacro Ordine de Pœnitentia. Canonizata de mulieribus; Sancta Elisabeth filia Regis Vngariæ. Sancta Elisabeth Portugaliæ Reginæ. Sancta Rosa de Viterbo virgo. Sancta Angela de Fulginò continens, quæ duodecim annis quotidie sumpsit Dominicum corpus, nihil aliud manducans: sed illo cibo cælesti refecta, orationi, & contemplationi vacabat. Alij plures beatissimi viri, & mulieres infinitis claruere miraculis; scilicet de viris: Beatus Lucius, sive Luchesijs. Beatus Nicolucius de Senis. Beatus Iacobus de Laude Sacerdos, & miraculis clarus. Beatus Petrus Romanus, qui sub Soldano fuit martyrio affectus. Beatus Bonacicus de Vulterra. Beatus Petrus de Colle. Beatus Alexander de Perusio. Beatus Leo Archiepiscopus Mediolani. Beatus Galterus Episcopus Trivisij. Beatus Ricardus Episcopus Fassombroni. Beatus Alexander Magister sacræ Theo-

Nullus Ordo
doadeo flos
ruit vivis
in signibus
atque fœ
minis sic
vt noster.

Theologiæ. Beatus Carolus. Beatus Laudon de Montefeltro, Beatus Ioannes de Urbino. Beatus Ioannes de Rabena. Beatus Torellus de Pupio. Beatus Bartholus de Sancto Geminiano. Beatus Petrus Pectinarius de Senis. Beatus Robertus Dominus Arimini. Beatus Thomasutius de Fulgino Propheta, ac miraculis clarissimus. Beatus Conradus Placentinus ¶ De fœminis, Beata Margarita de Corthona. Beata Bonadona de Podio Bonci vxor Beati Luchefij. Beata Emiliana de Florencia. Beata Elifabeth Imperatrix Romanorum, vxor Caroli Quarti Regis Francorum, & Imperatoris, quæ miraculis corruscauit Beata Blanca Regina Franciæ, mater Sancti Ludovici Regis, quæ signis, & miraculis clauit. Beata Delphina vxor Sancti Elzearij, quæ in matrimonio seruauit perpetuam virginitatem. Beata Mea de Senis. Beata Paschalma de Fulgino. Beata Michaelina de Pesauo. Beata Beatrix de Rusconibus Comitissa, quæ multis miraculis clauit, est sepulta Mediolani in Ecclesia Sancti Angeli. Cum veritate iste Sacer Ordo de Pœnitentia commendari potest de Sanctitate, & nobilitate; nam vltra personas superius enarratas, istum quoque habitum induit quædam Imperatrix Constantinopolis,

P R O L O G U S.

Et vna Regina Cathalonie, & Rex Iacobus, Dux Sarbundiæ. Et quædam Regina Vngariæ, quæ fecit Monasterium Campi Regis in Austria, & Domina soror Agnes filia Regis Franciæ; & quædam filia Regis Angeli, & Domina soror Maria filia Regis Portugaliæ, & Domina soror Maria filia Regis Vngariæ. Duces, & Ducissas, Comites, & Comitissas huius Sacri Ordinis de Pœnitentia longum nimis foret recitare, & idè duntaxat possui Imperiale, ac Regium genus concernentes. Non est Religio, quæ in tot Regibus, & Reginis vndique abundarit, sicut sacer Ordo de pœnitentia noster. Et Dominus Lanzalotus de Decio Iuris vtriusque Doctor peritissimus, ac Lector in studio Papiensi cum alijs, quasi innumerabilibus. Multi quoque hodiernis temporibus, tam viri, quàm mulieres per diversas mundi partes sunt in isto sacro Ordine generositate magnifici. Et idè ipsi Ordini potest dici illud Esai. 40. *Ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui.* Et illud Psalm. 44. *Filiæ Regum in horore tuo, &c.* Temporis decursu huius sacri Ordinis de Pœnitentia incrementum tantum fuit, vt non solum coniugati, mundique huius incolæ, pro quibus Beatus Franciscus P. N. Tertium Ordinem inf-

P R O L O G U S.

tituit, verum etiam hodiernis temporibus multi viri sanctitate præclari, insignes, & sapientissimi, qui prædicant Verbum Dei, & innumerarum virginum chori, tribus essentialibus, & à quibusdam Monialibus etiam clausuræ, Apostolica autoritate Assumptis votis, constructis Monasterijs quam plurimis, non sine Militantis Ecclesiæ fructu multiplici, & ædificatione sacri Ordinis de Pœnitentia iugo sua colla subdiderunt. Quare cum hæc omnia paterent Summo Pontifice Clementi VII. atque animo volutaret, quantum supra nominatus sacer Ordo de Pœnitentia esse dignus augeri: Per suam Bullam plumbeam cum filis sericis, rubei, croceique coloris, more Romanæ Curia impendentibus, gratis concessam, ad perpetuam rei memoriam, hunc ipsum Ordinem confirmavit, & comprobavit, atque denuò concessit eidem sacro Ordini de Pœnitentia innumerabiles Indulgentias, & concessiones: Augens, & decorans ipsum multis præeminentijs, gratijs, libertatibus, exemptionibus, indultis, prærogativis, & immunitatibus. Voluit præterea, atque iussit, quæ admodum idem Ordo de Pœnitentia alijs multis litteris Apostolicis fuerit liber, & exemptus à cæteris Ordinibus, quos noster Seraphicus Pater

Fran-

Clemens
VII. denuò
condecora-
vit nostrum
Ordinem.
confirma-
tione, &
comproba-
tione mul-
tisque præ-
vilegijs.

Franciscus sanxerat, & constituerat, & vt statutum est, ordinatum, præceptum, & iudicatum in Iudicio contradictorio in Curia Romana inter alios Ordines, & primam Regulam, & super hac re fuerunt tres sententiæ conformes, & executoriales, super illis quarta sententia pronuntiata per modum restitutionis ab ipsis sacre Rotæ Auditoribus in confirmatione aliarum cum executorialibus super illis omnibus, quod non habeant commixtionem, neque adnexionem cum vlla illarum. Sic nunc autoritate Apostolica exemit, exceptit, & omnino separavit dictum sacrum Ordinem nostrum de Pœnitentia à reliquis Ordinibus Sancti Francisci P. N. nec finit, vt inter se vllam habeant commixtionem; quin potius sit liber, exemptus, atque per se Ordo principalis Mendicantium sicut cæteri Ordines, neque habeat quisquam Prælatus, nec persona cuiusvis alterius Ordinis, siue Minorum Observantium siue familiæ, & Claustræ; dominium super dictum Ordinem nostrum, neque ingressum.

Item voluit idem Summus Pontifex, vt huius Ordinis sacri de Pœnitentia Minister Generalis ad tempus præscriptum deputatus, sit tantum subiectus Sedi Apostolicæ, ipsum cum vni-

ver-

Noster G
neralis ti
tum Pon-
tifici subie-
ctus est.

versali Ordine protegenti. Item concessit, ut hic Ordo inscribatur, & intuletur; sacer Ordo de Pœnitentia Regularis Observantiæ Sera- phici Patris Francisci. Idem Summus Pontifex concessit, ut omnes status huius sacri Ordinis de Pœnitentia qui sunt tres Primus, Fratrum, Secundus, Monialium Tertius, qui sexum capit utrumque, quod omnes sint veri Religiosi eiusdem Ordinis, & concessit quod omnes tres status, domicilia, monasteria, eorumque omnia bona, omnes clientes, & familiares similiter, & æqua- liter gaudeant eisdem privilegijs, & immunita- tibus, gratijs, favoribus, & concessionibus, ac indultis spiritualibus, & temporalibus concessis, & impofterum concedendis quatuor Ordini- bus Mendicantium, & etiam Ordini Sanctæ Cla- ræ. Item defendit, prohibet, præcipit, atque in- hibet sub pœna excommunicationis latæ senten- tiæ, & sub pœna privationis dignitatum, officio- rum, & beneficiorum, atque inhabilitationis aliorum impetrandorum per viam statutorum, & declarationis, & ordinationis, ne impofterum frater quisquam cuiusque qualitatibus, & con- ditionis sit, audeat huius Religionis Fratres, & Moniales, Tertiarios nominare, ut à non nullis contumeliosè appellatur; sed vocentur

Gaudet
noster Or
do privile
gijs Men
dicantium,
Ordinum
atque San
ctæ Claræ

Fra-

P R O L O G V S.

Fratres, & Moniales sacri Ordinis de Pœnitentia Regularis Observantiæ seraphici Patris Francisci, & sic compellentur in suis scripturis, & publicis actibus, & in alijs quibuscumque rebus: neque nominentur alio vocabulo minùs honorifico, neque in horum Monasteria ingrediantur, aut domicilia, ve qualiacumque, alia bona, neque visitentur à Magistris, Ministris Generalibus dictorum Ordinum Observantiæ familiæ, aut claustræ, neque per ipsorum Commissarios, vel Vicarios, vel per Ordinarios, aut per quamlibet aliam personam, neque aliquo modo velint inquietare, perturbare, aut molestare dictos tres status sacri Ordinis de Pœnitentia, vel eorum Ministrum Generalem in obedientia, visitatione, correptione, superioritate, aut officio, sive olim quovis modo publicè, vel occultè per virtutem qualiumcumque Bullarum, & gratiarum Apostolicarum, quas habeant concessas vel imposterum concedendas, quas vniverfas abrogavit cum interpositione irritantis decreti à cuius criminis pœna à nemine alio præter quàm à Summo Pontifice possint absolvi.

Item idem Summus Pontifex concessit, & approbavit omnes gratias, libertates, & statuta

à Sancta Sede Apostolica indulta, & concessa, quæcumque ante hac facta sunt, & vsitata, & imposterum vsitanda comprobavit simul cum alijs, ritus, vsus, consuetudines, constitutiones, atque capitula per Religiosos huius sacri Ordinis de Pœnitentia instituta, & celebrata, vt latius hæc alia multa continentur in dicta Bulla tribus statibus sacri Ordinis de Pœnitentia concessa, quæ incipit: ad vberes fructus. Et iuxta voluntatem Domini separando pretiosum à vili, quilibet status trium habet Regulam distinctam. Omnia supradicta denuò, Gregorius XIII. Pontifex Maximus confirmavit, & approbavit. Sequitur Regula primi status.

(?)

FINIS PROLOGI.

IN

IN NOMINE DOMINI.

IX

INCIPIIT REGVLA

ET VITA FRATRVM SACRI

Ordinis de Pœnitentia Regularis Observantiæ
Seraphici Patris nostri Francisci. Habet
decem Capitula, quia in decem
Præceptis continetur
Lex Divina.

CAMEVLVM I.

*De his quia debent promittere volentes hunc
Ordinem intrare.*



PŒNITENTIAM
agite (ait Dominus) appropinquavit enim Regnum Cœlorum. Vera pœnitentia est auro rutilantior, Sole splendidior, cunctis thesauris melior : nam omnia ligata soluit, & Paradyſum aperit. Idcirco huius Sacri Ordinis de Pœnitentia vniverſi fratres, ſalutis æternæ viam, regulam, & vitam
imi-

Matth.
& 4.

Regula, & vita Fratrum

imitantes, ac decem mandata divina, & Ecclesie præcepta salubriter observantes, & sacra consilia scandere contententes, sanctissimo Domino nostro Papæ, & eius successoribus Canonicè intransibus, & Ecclesie Romanæ fideliter obediunt, ac sub votis Obedientiæ, Castitatis, & Paupertatis perseverantè vivere promittant.

De quibus votis dicit Dominus in Sancto Evangelio, de Obedientia: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. De Castitate: Sunt Eunuchi, qui se castraverunt propter Regnum Cælorum. De Paupertate: Si vis Perfectus esse vade, & vende omnia, quæ habes, & da Pauperibus, & habebis thesaurum in Cælo, & veni sequere me. In supèr Ministro Generali, qui est, & illi pro tempore succedenti humilitèr pareant, & ab hac Regula, & vita nunquàm recedant, memores quod frustrà bonum inchoatur, si ante vitæ terminum deferatur, solisque perseverantibus Corona datur. Nam qui perseveraverit usquè in finem, hic salvus erit.

Matth. 16.
Lucæ. 9.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 12.

CAPITVLVM II.

De Novitiorum ingressu , & Magistro ipsorum.



DIXIT DOMINVS ;

qui non intrat per ostium , sed ascendit aliunde , ille fur est , & latro. Ideò ad hunc Ordinem vitæ zelo , & maioris

Pœnitentiæ intuitu migrare cu-

piens , per eiusdem Ordinis Ministrum Generalem , vel per habentem eius authorita-

tem , & facultatem recipiendi Fratres ad Ordinem , solùmmodo recipiatur , & non per

alios. Et veniens ad Ordinem diligentèr examinetur de Fide Catholica , & de Ecclesiasticis

Sacramentis. Dixit Dominus cæco à nativitate ; tu credis in Filium Dei ? Ità quòd sit fidelis , &

Catholicus: de nullo errore suspectus, matrimonio non ligatus per copulam carnalem, corpore

sonus , animo promptus, legitimè natus, debitis expeditus, conditione liber , nullà vulgari infamia maculatus, competentèr litteratus : vel ad

alios labores fratribus honestos , & vtilis aptus , aut talis conditionis existens; quòd eius receptio

cle-

Joann. 10.

Joann. 9.

Conditio-
pes recipi-
endorum.

clero, & populo non modicam ædificationem afferat. Nullus recipiatur ad Ordinem prò fratre Clerico, nec etià prò laico, aut oblato, nisi annum quartum decimum compleverit. Nullus professus in Ordine Mendicantium; aut alterius Ordinis recipiatur, sinè licentia Papæ. Siquis alitèr receptus fuerit, non admittatur ad professionem; admissus expellatur. In quolibet Conventu assignetur Magister Novitiorum, vir maturus, discretus, devotus; qui supèr ipsorum curam in vigilet diligenter. Huiusmodi autèm Novitij suæ probationis tempore, studio scholastico non intendant, sed divinum addiscentes officium, studio devotionis, & orationis vigilanter insistant. Ad tractatus quoque Capituli infrà annum nullatenùs admittantur, nec Ordines sacros suscipiant; nec confessiones audiant, si fuerint Sacerdotes, nec portam Conventus exeant, nisi causa generalis processionis, vel emergentis necessitatis, vel alia iusta, & rationabili causa, quæ per Ministrum extiterit iudicata. Nec litteras mittant, vel recipiant sinè sui Magistri scitu, & licentia speciali. Nec loquantur cùm aliqua sæculari persona, nisi suo præsentì Magistro, aut alio per Ministrum ad hoc specialitèr deputato. Nec reddere volentes

im-

Concil.
Trid. aie
Sess. 25. c.
5. profes-
sio non
fiat ante
decimum
sexum
annum
expletum;

Regula, & vita Fratrum

2. at Tim
2.

importunè ad seculum impediuntur, quia novit Dominus qui sunt eius. Præterea elapso continua probationis anno, & non antea, si à fratribus professis, & potissimum ab informatore suo, scilicet à Magistro, Novitius bonum testimonium habuerit, ad professionem recipi poterit; ipse verò talitèr receptus, in statu professionis suæ perpetuò remaneat. Memor quod dicit Dominus in sacro Evangelio: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retrò, aptus est Regno Dei.

Luca. 9.

CAPITVLVM III.

De forma habitus, & qualitate indumentorum professorum, & Novitiorum, & de tonsura.

Matt. 23
De habitu.

D

ICIT Dominus in Sancto Evangelio: Eccè qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt. Quapropter omnium fratrum clericorum, & laicorum

Circa habitum solo
rem est
Specialis
Bulla
Pauli V.
De Capu-
cio.

habitus sit talaris, & honestus, de panno abiecto, & lana naturaliter nigra, & sine tinctura contexto. Illorum etià capucium eiusdem coloris existat retrò, & ante acutum, in modum Crucis, à parte posteriori cingulum non excedat, in anteriori parte usque ad os sto-

ma-

machi transeat. Prò cingulo autem chordam habeant minimè curiosam. Chlamys sit coloris habitus ex panno vili, & humili, quam fratres habeant, non rugatam circà collum, vel crispatam, nec usque ad terram per integrum, saltem dimidium palmum protensam, & in forma servetur modus honestus, omni curiositate penitus abdicata. Habeant calceamenta de corio nigro, & qui voluerint, possunt ferre sandalia. Similibus indumentis utantur cuncti fratres, Novitij, Clerici, & Laici, nisi quòd Novitij pro capucio portent caparonem. Poterunt autem singuli, prout exegerit necessitas personæ, aut loci, aut temporis, sub habitu suo portare tunicas alvas, & tunicelas ex humili panno. Et similiter fœmoralia, & caligas à genu usque ad talos. Tonsuram de super aures tam clerici, quàm laici sibi fieri procurent; ad quindenam autem semper omnes radantur. Et si tonsura clericorum non modica, ut decet Religiosos, scilicet, ut inter ipsam, & aures, non sint plusquam tres digiti. Cum fratres huius sacri Ordinis dicantur de Pœnitentia, oportet eos ab omni curiositate, tam in vestibus, quàm in alijs quibuscumque abstinere. Et iuxta Apostolicum Principis Beati Petri salubre consilium: de positis cæteris vana-

nis

De chorda.
Dechlamy.

De tonsura.

Admonitio.

Regula, & vita Fratrum

nis huius sæculi ornamentis, nullum ornamentum corporale portare debent, nisi solum humile, & necessarium tegumentum corporis sui. De Ioanne Batista legitur in Sancto Evangelio, ipse Ioannes habebat vestimentum de pilis Camelorum.

Matt. 3.
Marci. 1.

CAPITVLVM IV.

*De Divino Officio, Oratione, Confessione,
Communione, & silentio.*



VRBÆ autem, quæ præcedebant, & quæ sequæbantur clamabant dicentes: Hò Sanna filio David; benedictus qui venit in nomine Domini. Hò Sanna in altissimis. Itaque Laudibus Di-

Matt.

vinis fratres huius sacri Ordinis de Pœnitentia, in Clericos assumpti reverentèr, ac ceremonialitèr persolvant Divinum Officium, iuxta Romanæ Ecclesiæ ritum Et vniformiter teneant Kalendarium à Capitulo Generali approbatum. Et ex permisso, & concessione Ministri Generalis possint obtinere, atquè retinere qualia-

Officio.

cumque beneficis, quæ à clericis sæculatibus obti-

obtinetur : dummodò non sint capitularia. Dicit Dominus in Evangelio : Cùm oratis , dicite , Pater noster. Laici dicant viginti quatuor Pater noster pro matutino : pro laudibus quinque : pro prima, tertia, sexta, nona , pro qualibet istarum horarum septem : pro vespers duodecim : pro Completorio septem : Et quoties dicant Orationem Dominicam , & toties Salutationem Angelicam, Ave Maria, cum versiculis, Gloria Patri, Sicut erat , &c. singulis vltimis cuiuslibet horæ salutationibus additis. Qui modus in Officio Beatæ Mariæ Virginis per omnia observetur. Pro defunctorum Officio, dicant in vespers septem Pater noster, & toties Ave Maria, cum versiculo Requiem æternam, Pro matutino, & laudibus duodecim Pater noster , & toties Ave Maria, cum Requiem æternam, tempore , quo fratres clerici faciunt Officium mortuorum. Ad illud autem altissimum Eucharistiæ Sacramentum diligenter se præparent omnes fratres, & vt hoc melius fiat, fratres, clerici & laici Confessoribus Ordinis deputatis cōfiteantur. Sacerdotes bis ad minus in qualibet septimana. Fratres verò non Sacerdotes confiteantur in diebus, ac festis Natalis Domini, feria iiij. Cinerum : Cœnæ ipsius Domini. Pentecostes, & Assump-

Matth. 6.
De laitis.

De Confessione

Communionem fratrum non Sacerdotum.

Regula, & vita Fratrum.

sumptionis Virginis Mariæ: & Seraphici Patris
nostri Francisci, & omnium Sanctorum sole-
mnitate, & de quindena in quindenam semper
communificent in Missa Conventus, nisi reman-
serint de licentia Ministri, & de hoc sint solici-
ti, ut per utriusque Sacramenti frequentiam,
sanctæ conversationis in utroque homine puri-
tas observetur. Contriti, & confessi sumant Cor-
pus, & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi
cum magna humilitate, & veneratione, atten-
dentes quod ipse Dominus dicit: Qui mandu-
cat meam carnem, & bibit meum sanguinem,
habet vitam æternam, & hoc facite in meam
commemorationem. Quolibet autem die fra-
tres laici audiant Missam. Singuli tam Sacerdo-
tes, quàm reliqui orationis sanctæ studium non
prætermittant, memores, quod puræ, & assidue
orationis iustorum magna sit virtus, ac velut fi-
delis nuntius mandatum peragit, & penetrat,
quò caro non pervenit. Ut autem omnibus po-
tior orandi detur occasio; moneantur singuli,
quatenus sollicitè dent operam Evangelico silen-
tio; ita quod in Ecclesia, clauistro, ac dormitorio
omni tempore, in refectorio verò in prima men-
sa, & secunda, & à Completorio usque ad pri-
mam silentium servare studeant; aliàs summis-
se,

ac

Ioan. 6.
1. Corin-
th. 11.

De silen-
tio.

De orati-
one.

ac Religiosè loqui studentes. Nihilominus tamèn, si quid ipsis temporibus, & locis silentio dedicatis, necessarium loquendum contigerit, verbis paucis, ac demissis; quæ dicenda fuerint, breviter concludantur. Omnes fratres, excluso otio animæ inimico studeant semper orationi, vel alicui bonæ operationi insistere, vt illos occupatos diabolus inueniat, nihil est in sancto proposito deterius otio. Vnde Dominus ait, quid hic statis tota die otiosi?

CAPITVLVM V.

De Ieiunio, Disciplina, & Capitulo culparum.



VM ieiunatis, dicit Dominus, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Tu autem cum

ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam lavas, ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo qui est in abscondito; & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Ieiunium corporis mentem purgat, sensum subleuat, carnem spiritui subijcit, cor facit, contritum, & humilium, concupiscentiæ pabula dispergit, atque li-

Ma tth. 6

Regula, & vita Fratrum.

bidinum ardores extinguit, & castitatis iumen accendit. Ea propter singuli fratres, clerici, & laici, membra sua cum vitijs, & concupiscentijs, crucifigentes vniformiter à prima Dominica Adventus vlque ad Nativitatem Domini ieiunent quotidie, iuncta Quadragesima vniversalis Ecclesiæ, vlque ad Resurrectionem Domini: quam tamen à Quinquagesima incipere debent. Et à festo Omnium Sanctorum vlque ad Resurrectionem Domini feria quarta ieiunare teneantur, ac similiter qualibet sexta feria totius anni, & omnibus diebus in quibus ab Ecclesia est in dictum ieiunium. Vigilia Seraphici P. N. Francisci ieiunetur. Tempore verò manifestæ necessitatis, non teneantur fratres ieiunio corporali. Legitur in Sancto Evangelio, quòd abiit Iesus per sabbato, Discipuli autem eius esurientes, coeperunt vellere spicas, & manducare. Cuncti fratres, clerici, & laici, perpetuis temporibus, feria quarta, sexta, & Sabbato (excepto Dominicæ Nativitatis festo) carnes non comedant. Cum infirmis, & debilibus poterit Minister dispensare, secundum quòd necessitati viderit expedire. Diebus verò, quibus non ieiunatur, bis in die dumtaxat comedant, & semper in mensa Conventus lectio habeatur.

Matth. 12
Marci.

Dispensa-
tio.

In tempore Adventus, in feria quarta, & sexta:
 & in maiori Quadragesima feria secunda, quar-
 ta, & sexta cuncti fratres, clerici, & laici fa-
 ciant disciplinam, nisi festum duplex occurrat.
 Infirmi, & debiles à disciplina excusentur. Semel
 in hebdomada in ferijs sextis ad minus, Minis-
 ter fratres suos pro ipsorum monitione, ordina-
 tione, & reformatione teneatur Capitulum con-
 vocare; in quo quotidianæ culpæ, & negligen-
 tiæ plenè, & sigillatim recognoscantur, & re-
 cognitæ debite puniantur. Si qui fratrum, insti-
 gante inimico, mortaliter peccaverint, cum
 misericordia in iungant illis pœnitentiam: &
 cavere debent prælati, nè irascantur, & contur-
 bentur propter peccatum alicuius: quia ira, &
 conturbatio in se, & in alijs impediunt charita-
 tem. Irati Iudæi voluerunt præcipitare Domi-
 num: & recordentur, quia omnis qui irascitur
 fratri suo, reus erit iudicio, qui autem di-
 xerit fratri suo *raca* reus erit concil-
 io, qui autem dixerit *fatue*
 reus erit gehennæ ignis.

De disci-
plina.De cap.
culparum.

Matth. 18.



Regula, & vita Fratrum

CAPITVLVM VI.

*De Prædicatoribus, Confessoribus, de ordinandis, de hospiti-
tibus, de elemosyna, & quomodo fratres debent
ire per mundum.*

Matth. 16.

De predi-
cationi-
bus.



ICÆCVS CÆCO DVCATVM

præstet, ambo in foveam cadunt. Ea proptèr nullus frater populo penitus audeat prædicare, nisi à Ministro Generali huius fraternitatis fuerit examinatus, & approbatus, & ab eo officium prædicationis sibi concessum. Prædicatores in prædicatione, quàm faciunt, sint examinata, & casta eorum eloquia, ad vtilitatem, & ædificationem populi, annuntiando eis vitia, & virtutes, pœnam, & gloriam cum breuitate sermonis; quia verbum abbreviatum fecit Dominus super terram. Quicumque fratrum divina inspiratione, voluerint ire intèr Sarracenos, & alios infideles, sicut oves intèr lupos, petant licentiam à Ministro Generali: Minister Generalis nullis eundi licentiam tti-
buat, nisi eis quos viderit idoneos admittendum. Priusquàm fratres ad confessionum audiendarum officia promoveantur, examinentur à Ministro Generali, & assumatur testimonium de

co

Roma-
nor.

De Con-
fessoribus.

eorum vita, & sufficientia à fratribus fidedignis, & notitiam eorum habentibus, & de ipsorum consilio de putentur. Fratres sacros ordines non recipiant sinè Ministri Generalis, vel gerentis eius vices, licentia. Et quicumque contrafecerit à suscepto ordine suspendatur, nec promoveatur ad sacerdotium, nisi ætatis suæ attigerit vigesimum quintum annum, & prius steterit per duos annos in Religione, & sit competenter litteratus. Professus pro laico non promoveatur ad clericatum, sine Ministri Generalis licentia. Fratres omnes hospites recipiantur in visceribus charitatis, maxime venientes de extraneis partibus, ac remotis. Memores, quòd dicit Dominus: Hospes eram, & collegistis me. Fratres tanquàm peregrini, & advenæ in hoc sæculo in paupertate, & humilitate Domino famulantes, vadant prò elemosyna confidenter: nec oportet eos verecundari, quia Dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo.

Ad evitandum discursus, & tollendam materiam evagationis: nullus Minister possit licentiaré fratres ad peregrinationes, absquè Ministri Generalis assensu. Nullus frater exeat extra suum Conventum, vel Provinciam, etiàm prætextu recursus ad Prælatum superiorem, sinè

De ordinibus sacris.

Vide Concil. Trid. Sess. 23. c. 12. de reformat.

Matth. 25.

De elemosyna, quod non licentiaré fratres ad peregrinationem.

Itemodo exeundi provinciam, & Conventum.

Regula, & vita Fratrum.

licentia Ministri, quando exit locum, vel Ministri Generalis, quando exit Provinciam.

Quomodo
fratres de-
bent ire
per mun-
dum. Ad-
monitio.

Luca: 10.

Fratres quando vadunt per mundum, non litigent, nec contendant verbis, nec alios iudicet, sed sint mittes, pacifici, & modesti, mansueti, & humiles, honestè loquentes omnibus, sicut decet. Vadantque veni; dicitur in Sancto Evangelio: & misit illos binos antè faciem suam in omnem civitatem, & locum, quo erat ipse venturus. In quamcumque domum intraverint, dicant; Pax huic domui, & secundum

Sanctum Evangelium; de omnibus cibis, qui apponuntur eis liceat manducare. Dicit Dominus; manducate, quæ apponuntur vobis.

CAPITVLVM VII.

De cura infirmorum, & Officio mortuorum.

Ioana. 13.

DICIT Dominus in Sancto Evangelio: mandatum novum de vobis, vt diligatis invicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis invicem. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. Itaque charitatis opera super omnia Dominus noster commenda-

VIE-

vit. nobis. Vbi charitas, & amor, Deus ibi est, qui non habet charitatem, nihil habet. Ea propter habeatur eggritudinarium in saniori loco totius domus, vbi infirmi curentur, & visitentur à Medico ad hoc deputato, & habeant infirmarium. Alij fratres debent servire infirmis, sicut vellent sibi seruari. Si quis frater, clericus, vel laicus in infirmitatem ceciderit, Minister domus quotidie p̄ se, vel p̄ aliam personam visitare teneatur, & de bonis communibus omnia necessaria diligenter faciat illi ministrari. Teneaturque infirmum monere ad pœnitentiam acceptandam, verâque conversionem ad Deum faciendam; mortis propinquitatem, & iudicij Divini distictionem, simulque divinam misericordiam proponendo. Circa Divinum Officium dispenset Minister cum infirmis. Infirmus referat de omnibus gratias Creatori, & qualem vult eum Dominus, talem se esse desideret, sive sanum, sive infirmum; quia omnes, quos Deus ad vitam præ ordinavit æternam, flagellorum, atque infirmitatum stimulis, & compunctionis spiritu erudit, sicut dicitur in Apocalipsi: Ego quos amo, corrigo, & castigo. Si autem turbabitur, sive irascetur contra Deum, sive contra fratres, vel si fortè sollicitè postula-

De infirmorum
eggritudi-
nario.

Dispen-
satio.

ve-

Regula, & vita Fratrum

De exequi-
js facien-
dis.

De recitan-
dis pro de-
functis.

Matth. 27-

verit medicinas, nimis desiderans liberare car-
nem citò morituram, quæ est animæ inimica, à
malo sibi evenit, & carnalis est, & non videtur
esse de fratribus, quia plus diligit corpus, quam
animam. Postquam aliquis frater ab hac luce
migraverit, curabit minister, quod eius exequiæ
solemnitè celebrentur, quibus omnes fratres
illius domus, ubi ipsum mori contigerit, perso-
nalitè inter esse debent, nec recedere, donèc
corpus traditum sit sepulturæ. Et pro animæ
cuiuslibet defuncti, infra novem dies quilibet
sacerdos unam Missam, scientes autem Psalte-
rium, quinquaginta Psalmos, nescientes verò
quinquaginta Pater noster, & in fine cuiuslibet
Requiem æternam dicere teneantur. In fine au-
tè cuiuslibet anni, seu infra quemlibet an-
num quilibet sacerdos tres Missas pro defunc-
tis, sciètes Psalteriū: unū Psalteriū, nesciètes verò,
centū Pater noster, cum Requiem æternam in
fine cuiuslibet dicere debeant. Et circa ista Of-
ficia pro defunctis, & alia Officia Divina in præ-
senti seriè annexa, cura imponitur Ministris,
ut fidelitè persolvantur. Memores quòd
dicit Dominus, quæcumque vultis,
ut faciant vobis homines, &
vos facite illis.

CAPI-

CAPITVLVM VIII.

De electione Ministri Generalis, & temporis duratione, & de Capitulo Generali.



AGISTER VESTER VNVS EST,

Christus, omnes vos fratres estis, vnus est Pater vester, qui in Cœlis est. Et sic totius ovilis fiat vnus Pastor. Itaque vniversi fratres istius

Religionis teneantur semper habere Ministrum Generalem, Sacerdotem professum eiusdem Ordinis, & servum totius fraternitatis, & ei teneantur omnes fideliter obedire. Electio Ministri Generalis fiat de triennio in triennium in Capitulo Generali, celebrato Dominica proxima antè festum Sancti Ioannis antè Portam Latinam, in Monasterio, Sanctæ Mariæ de Valle Diocœsis Astoricensis, vel in alio Monasterio Ordinis, vbi Capitulum Generale fuerit assignatum. Conveniant Ministri pariter, & discreti Procuratores suorum Monasteriorum ad celebrationem Capituli Generalis, exceptis impeditis, aut per ægritudinem, aut senectutem, aut aliam iustam causam. Cùm autem contigerit ex prædictis aliquem, seu aliquos ad Capitulum Generale non venire, nihil eorum, quæ expedienda

Ioann. 10.
Matth. 23.

Circa electiones speciali decreto Pauli V. confirmate erectionem huius provincie aliter dispositum est.

Regula, & vita Fratrum.

Da sunt per Capitulum, omittatur. Monasteria habeant duo vota, videlicet votum Miſtri, & votum discreti in nomine cōmunitatis. Discretus ferat potestatem Conventus in scriptis subscriptam à Religiosis sui Conventus. Et pro die designato celebrationi Capituli Generalis, congregatis prædictis Ministris, & Discretis Procuratoribus,, cantata Missa de Spiritu Sancto, fiat sermo fratribus in comuni. Deindè ingressi Capitulum, antè omnia eligant per vota vnum Præsidentem, & quatuor Diffinitores, vnum scribam; bonos viros, sapientes, Deum timentes. Scriba solùm ad Præsidentis, & Diffinitorum electionem, accipiat vota iurata, & sint electi per maiorem partem votorum. Si fuerit paritas in votis, præferatur electio in qua Minister Generalis xoverit. Quibus electis, Minister Generalis coràm omnibus se accuset, & renuntiet officium in manibus Præsidentis, & exhibeat illi sig illum, & egrediatur. Et postquàm Minister Generalis renuntiaverit suum officium, Præsidentis præſideat, & habeat Capitulum Generale, ut Prælatus, & audiat quærelas omnium, faciens, & administrans iustitiam, ut viderit expedire, secundùm statuta Religionis. Litteræ testimoniales Discretorum Procuratorum, Præsidenti,

ab

&

& Diffinitoribus presententur coram omnibus
legenda. Vota absentium, & eorum qui sunt vo-
ce privati, suppleantur. Electores electionem
Ministri Generalis faciant per scrutinium, ac-
cipiendo vota iurata, & vota sint æqualia in qua-
litate. Præsident, & Diffinitores, & Scriba vo-
veant primum, deinde Ministri, post autem
Discreti Procuratores. Electus per maiorem par-
tem votorum, quæ sit maior medietate, sit Mi-
nister Generalis: & si fortè fuerit paritas in vo-
tis, vovendo in Religiosis, præferatur electio
maioris partis Ministrorum. Et si occurrerint
in æquali gradu Ministri, præferatur electio,
ubi fuerit maior pars Diffinitorum: & si fuerit
paritas in votis Diffinitorum, præferatur electio
in qua Præsident Capituli Generalis voverit. In
receptione votorum non sit Præsident præsens,
occupetur tamèn, ut celebretur Capitulum Ge-
nerale breviter, & pacifice, & quietius, quam
fieri poterit, donec Minister Generalis sit elec-
tus; & ponat super hoc sententias, & censuras ex
communicationis, & in omnibus obediatur Præ-
sidenti sicut Prælato. Faciant electionem sancta,
& recta intentione. Recordentur electionis
Sancti Matthiæ Apostoli; super hoc oneramus
conscientias electorum. Et publicata elec-
tione

De forma
electionis
Ministri
Generalis

Regula, & vita Fratrum.

tionem Ministri Generalis potestas Præsidentis
